

Johann David Kypke Daniel Heinrich Arnoldt

**Dissertatio Metaphysica Inauguralis, De Theologiae Naturalis Defectibus, Ex  
Natura Noscibilibus**

Regiomonti: Reusner, [1727]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn841191867>

Druck Freier  Zugang





386 a. B.  
48. b. 8.

Fa 1092(1)





Q. D. B. V.

DISSERTATIO METAPHYSICA INAUGURALIS,  
DE  
THEOLOGIÆ NATURALIS  
DEFECTIBUS,  
EX  
NATURA NOSCIBILIBUS,

*Quos*  
AD SISTENTE DIVINA CLEMENTIA,  
EXIGENTIBUS STATUTIS ACADEMICIS,  
AMPLISSIMO PHILOS. ORDINE CONSENTIENTE,

PRO LOCO  
INTER PROFESSORES PHILOS.  
ORDINARIOS OBTENTO,  
PROPONIT

JOHANN. DAVID KYPKE,  
LOG. ET METAPHYS. PROF. ORD.

RESPONDENTE

DANIELE HENRICO ARNOLDT,  
REG. BOR.

XVI. CALEND. OCTOBR. ANNO MDCCXXVII.

*HORIS ANTE ET POMERIDIANIS,*

IN AUDITORIO MAXIMO.

---

REGIOMONTI, Typis REUSNERIANIS.

PATRIÆ PATRI,  
AUGUSTISSIMO, SERENISSIMO AC POTENTISSIMO  
PRINCIPI AC DOMINO,  
**DN. FRIDERICO**  
**WILHELMO,**  
**REGI BORUSSIÆ,**  
**MARCHIONI BRANDENBURGICO,**  
**S.R.I. ARCHICAMERARIO ET PRINCIPI ELECTORI,**  
SUPREMO ARAUSIONENSI, NEOCOMENSI ET VALAN-  
GINENSI PRINCIPI,  
**GELDRIÆ, MAGDEBURGI, CLIVIÆ, JULIÆ, MON-**  
**TIUM, STETINI, POMERANORUM, CASSUBIORUM,**  
**VANDALORUM, ET MEGALOPOLIS, ITEM IN SILESIA CROSNÆ**

D U C I ,  
BURGGRAVIO NORIMBERGENSI,  
PRINCIPI HALBERSTADII, MINDÆ, CAMINI,  
VANDALIÆ, SVERINI, RACEBURGI & MEURSÆ,  
COMITI HOHENZOLLERIÆ, RUPINI, MARCÆ,  
RAVENSBERGÆ, HOHENSTEINII, TECKLENBURGI,  
LINGÆ, SVERINI, BURÆ, & LEERDAMI,  
MARCHIONI VEHRÆ, & VLissingæ,  
DYNASTÆ RAVENSTEINII, ROSTOCHII, STARGARDIÆ,  
LAUENBURGI, BUTOVIAE, ARLIAE, AC BREDÆ, &c. &c. &c.  
REGI AC DOMINO SUO CLEMENTISSIMO,

Denuo testatur mētem gratissimam, promittit  
fidem & obsequium, ad precatus felicita-  
tem perpetuam

JOH. DAV. KYPKE.

I. N. 3.

§. I.



X quibus omnis, quan*de* de Deo & divinis habemus, hauritur Scientia, fontes omnino duo sunt, *Revelatio seu Scriptura & Ratio seu Natura*. Illa revelatio st*ri*cte sic dicta (1) ea*que* vera, scil. Christianorum, *Sacra Scriptura*, (2) *διαφένεια* *εστροφίσας εἰς οὐδείαν*; (3) & gignit *Theologiam revelatam*, quæ est, Scientia rerum divinarum, homini peccatori ad salutem consequendam, cognitu necessariarum, prout ex S, *Scriptura nobis constant* (4)

(1) Nam in *generaliori* significatione vox *revelationis* etiam de *Theologia naturali* usurpatur *Rom. I. 19.* sed hic *strictius* *revelatio* accipitur, pro *manifestatione rerum*, *naturaliter* non *noscibilium*, *conf. BAYERI Compend. Theol. posit. Proleg. c. I. §. 2. litt. b.* (2) *Huic enim soli convenient characteres veræ revelationis* *conf. §. XXI. nost. dissert.* (3) *2. Tim. III. 15.* (4) *ita eam describit in Institut. Theol. Dogmat. JOH. FRANC. BUDDEUS* *illustre illud ecclesiæ lumen & Germaniæ eruditæ decus.*

§. II.

Præcisa *revelatione*, *ex natura quoque & ratione* *quædam DEI* *reliqua est, & adquiri potest notitia*. *Quemadmodum enim menti humanæ connata sunt alia quædam principia, seu notitiæ* (1) *cum potentia & vi quadam intrinseca, iis adsentiendi, quam primum termini sunt intellecti: ita quoque τὸ γνῶσθν τὸ Θεὸν in mente humana manifestatum est*, (2) *ut homo naturali quadam potentia, instinctu, facilitate & necessitate prædictus sit, ad adsentendum propositionibus de Deo veris*. *Consistit autem, inquit, celeb. GISBERT VOETIUS*, (3) *hæc facultas,*

A

seu

3.

Scriptura  
revelata.

5.

6.

14.

13.

12.

„seu vis, seu aptitudo facultatum rationalium, seu lumen  
 „naturale in eo, quod intellectus veritatem principiorum  
 „potest sine ullo labore, prævio studio, aut ratiocinatione  
 „comprehendere, & positis ponendis, ( cognitione scil.  
 „terminorum ) de facto sic comprehendit, ex naturali qua-  
 „dam necessitate & insito sibi pondere in hunc veritatis  
 „sensum atque adsensum delatus & inclinans: haud ali-  
 „ter ac voluntas, ex naturali quadam necessitate, sine ele-  
 „ctione prævia, adpetit bonum ut sic, aut ultimum finem:  
 „Et ut oculus sanus & apertus lumen aut visibile quod-  
 „cunque ingestum aut objectum, non potest non videre.  
 „Et certe requirit hoc natura primorum principiorum ut  
 „non probentur sed sumantur. Itaque uniuscujusque  
 conscientia (4) quæ communis est & publica Dei vox ad  
 omnes homines, unicuique dictitat: ESSE DEUM.  
 Hæc notitia de Deo naturalis, in specie *Instia* adpellari so-  
 let, de qua CICERO: (5) inter omnes, omnium gen-  
 tium constat sententia, omnibus etiam innatum, & in ani-  
 mo quasi insculptum est, esse Deos.

(1) Conf. M. Cbrist. Bernh. BÜCHER de *Notitia* innatis contra  
 Lockium Witteberg anno 1717. (2) Rom. 1. 19. (3)  
 Disput. select. Part. I. de Atheismo p. 141. CHRIST. AL-  
 BERT. LOESEKE Theol. fæderal. æconom. Einleitung  
 Cap. 2. §. 2 p. 6. Dass ein Gott sei ist allen Menschen ins  
 Herz gepräget ---- Denn im Verstände ist dem Mens-  
 schen angebohren ein hinlängliches Vermögen dass so bald er  
 von Gott höret er überzeuget wird zu glauben es sei ein  
 Gott (4) M. GABRIEL ZOLLER in *dissertat. de notit na-*  
*natural. instia* Giessæ anno 1717. § 30. ita inquit: Internum  
 „hoc testimonium conscientiæ testantis de existentia Dei est  
 „quasi syllogismus practicus, Majorem exhibet *œvthénos*  
 (scientia principiorum) quæ occulto semper animi sensu  
 „clamitat: Deum esse, huic potius parendum quam suis cu-  
 „piditatibus, huic reddendam esse rationem de maledictis, hæc  
 tijno-

3

timorem Dei ejusque amorem inculcat animæ. Si quid,,  
contra egerit, adeat συνειδησις, quæ insitam sibi cognitio-,,  
nem ad ea facta, quorum sibi mens est conscientia applicat, sub-,,  
sumendo: Atque tu fecisti hoc; exinde oritur angor & cru-,,  
ciatus animi, summa perturbatio, inquietudo, molestia. Ista  
enim principia insita practica sunt leges, ubi leges, ibi lator  
legis. Cum vero in male, sæpe occulte, peractis tamen con-  
scientia mordet, testatur de latore legis & Judice omniscio,  
qui & occulta videt, omnipotente, si enim punire non posset  
nullus timor adesset, omnipræsente, quem fugere nemo potest  
(5) Cicero Libr. II. de nat. Deorum.

§. III.

Deinde *Ratione* quoque homo ψυχικὸς prædictus est, aut *adquisi-  
tive* illa facultate mentis, qua alia ex aliis, ex principiis <sup>ta, unde o-  
ritur,</sup> conclusiones derivare, ex clarioribus obscuriora, ex no-  
tioribus ignota invenire & colligere potest. Hujus ope  
& justo usu, non abusu, ratiocinando & argumentando,  
intuitu scil. rerum creatarum docetur homo: *Existere  
Deum*, quæ *Adquisitæ cognitionis* nomine vulgo venit.  
Cæli enim enarrant gloriam Dei, & τὰ δέσματα τῷ Θεῷ λατα-  
νίστεις κόσμος τὸς ποίησαν νοέσθαι inquit Paulus. (1)  
Unde Cie. (2) Quis est tam vecors, qui aut cum suspexerit,,  
in cælum, Deos esse non sentiat, & ea, quæ tanta mente,,  
fiunt, ut vix quisquam arte ulla ordinem rerum a<sup>c</sup>necessi,,  
tudinem persequi possit, easu fieri putet? ,

(1) Rom. I. v. 20. Νοέν in generali sua acceptione, significat  
animo suo secure aliquid versare, unumqve ex altero collige-  
re. In fonte est, καθορᾶται. Kata in compositionibus non  
raro, significationem intendit, ut in verbo κατεδίειν, devo-  
rare, gans aussfressen. Hic καθορικὸς perspicacem signifi-  
cat. Et καθορᾶς accuratissime perlustrare. D. FRANTZ  
JULII LÜTKENS Coll. Bibl. p. 4. litt. H. Huic iusso  
Paulino morem gerentes, variis modis applicavere mentem,  
ad ostendendam, ex rebus creatis, Dei existentiam. Alii ex

A z

con-

4  
consideratione corporis humani ejusque variis membris v. g. ex  
Manu, ejusque mirabili structura CHRIST DONATUS; Ex  
Oculo, JOH. STURMIUS; Ex Aure D. JOH. ANDR.  
SCHMIDIUS; Ex Corde HAMBERGERUS, conferan-  
tur Buddei Theses de Atheismo cap. V. §. 6. Alii demonstra-  
tionem Dei instituerunt ex Loquela hominū, ut JAC. WIL-  
HELM FEURLINUS Altorf. 1719. ex Voce Animalium  
M. ANDR. MURRAY Hamburgi 1724. 8. recus. Ex  
Adfectibus, in primis amore, odio & pudore M. SAMUEL  
WEITZMANN Jen. 1719. Ex Pluvia, GERHARDUS  
MEIER Hamb. 1717. Ex Tonitru JOH. HENR. a SEE-  
LENN Lubec. 1722. Ex Varietate in formis animalium ex-  
ternis M. LEONH. BOHNER Altorf. 1725. (2) CIC.  
de Haruspic. responsis c. 9.

#### §. IV.

Theologia  
Naturalis.

Utraque, quæ ex lumine naturæ (1) de Deo, cultu  
divino, & reliquis huc pertinentibus, oritur notitia, ratio-  
ne Principii cognoscendi (2) Theol. Natural. vel Rationalis no-  
mine venit; Cujus primaria propositio est: DEUS EST,  
sive EXISTIT. (3) Ex qua propositione reliqua, quæ  
in Theol. natur. proponi solent, facile deducuntur. Primo  
quidem *Attributa divina*, sive *Conceptus* isti de Deo secundi.  
Hi sunt perfectiones formaliter existentes in Deo, qui, se-  
cundum nostrum concipiendi modum, (4) (ex parte enim  
Dei essentia & attributa nihil inter se differunt) divinam  
essentiam necessario conseqvuntur. Nam qui dicit esse  
Deum, dicit: *Existere ens independens, & summe perfectissi-  
mum.* Ex Independentia autem & Perfectione concipi-  
tur *Infinitas* & *Æternitas*. Independenti enim a nemine  
estendi, aut durationis termini poni potuerunt; & esse  
finitum, coepisse, desinere, cum summa perfectione pu-  
gnat. *Omnipotentia*, nam quædam non posse, imperfectio  
est. *Unitas*, duo enim vel plura entia independentia, sum-  
me

me perfecta omnipotentia statuere, involvit contradictionem. *Omniscentia*, nam quædam non scire, imperfectio est, & dependentiam involvit, & sic porro in reliquis. (5) Item ex ista propositione intelligitur: *Mundum a Deo originem habere*. Mundus enim a se esse non potest. Est enim materia; materia autem ens mere passivum, quod nec agere quid, nec efficere potest; ergo mundus ipse quasi dicit: Se esse ab alio, eoque omnipotente & sapiente, qui tam mirabiles res, tam concinne elaboravit. Nullius enim alius entis, præterquam Dei essentia tantis pollet viribus, quantæ ad constituendum hoc universum requiruntur. Tertio cognoscitur, dari *Providentiam*, qua Deus omnia inspicit, & omnibus prospicit. Nam, quia Deus bonus est, ergo hoc benigne vult; & quia omniscius est & omnipotens, ergo hoc potest. Quicquid autem fieri potest, & Deus vult, illud fit. Indigent quoque res creatæ tali divina providentia. Nam, quemadmodum infinitæ fuit potentia, illis existentiam dare, ita non minus in existentia eas conservare. Ut non factæ sunt, ita nec durare nec permanere possunt, per propriam potentiam. Tandem posita Dei existentia, ponitur & cultus Dei sive *Religio*, qua homo, se Deo *religatum* sive obstrictum, intellegit ad debitum cultum sive obsequium, amorem, fiduciam & reverentiam. Ut enim necessario sese conseqyuntur Pater, filius, obsequium; Dominus, subditus, servitium; Creditor, debitor, obligatio; Donator, acceptor, gratiarum *actio*; ita etiam Deus, homo, religio. Nam cognita Dei *Bonitate*, cum scientia & potentia omni, conjuncta, cognoscitur etiam, Deum *Fiducia* esse colendum. Intellecta summa *Majestate* Dei & omnium ejus attributorum, intellegitur etiam, *Reverentia* hoc Numen esse colendum. Per speclam

spectam consummatissimam Dei Perfectionem cum accepto-  
rum inde bonorum teniu, sequetur *Amor*, qui pariet fidele  
obsequium. Et quoniam se totum, ratione animæ & cor-  
poris, omniumque virium & fortunæ bonorum, a Deo pen-  
dere, & Dei opus esse sentit homo, externum quoque re-  
quiri, intelligit cultum, ut & officiorum sibi & proximo  
debitorum observationem; quia his neglectis, officia,  
præstanda Deo, salva esse nequeunt.

(1) Quid per lumen naturæ h. l. intelligatur, indicat D. JO-  
HANNES MUSÆUS in *Introduc. in Theol. de Natura*  
*Theol. Natural. & revelat.* p. 50. seqq. & in *Examine Cher-*  
*,buryanismi* § 8. p. 6. ita loquitur: Per Naturæ lumen hic  
„nihil aliud denotamus, quam naturæ & rationis principia, qui-  
„bus, velut rationi cognoscendi propriæ, Theologia naturalis  
„innititur. Quæ *Luminis* adpellationem fortita esse videntur,  
„quod intellectui sint ratio cognoscendi res alias, & ad eum  
„se habeant, ut lumen, quod coloribus junctum potentia visi-  
„væ est ratio videndi & cognoscendi colores, ad potentiam  
„visivam se habet. (2) Nam ratione *Modi* cognoscendi ea  
scientia Theologica, quæ vel ex ipsa S. Scriptura, per solius  
naturæ vires adquisita est, sine Spiritu S. gratia speciali &  
spirituali, numne & illa mere naturalis dici possit? di-  
judicandum relinquimus Theologis. Conf. GEORG. AUG.  
PACHOMII *Synopsis Logomachiarum Pietisticarum* cap. I.  
quæst. 5 p. 7. (3) Nestri quidem instituti jam non est, veritatem  
propositionis hujus uberior demonstrare. Conferri possunt,  
præter alias, BUDDEUS in *Thesibus de Atheismo* c. 5. D.  
JOACHIM. LANGIUS, in *Causa DEi & religionis contra*  
*Atheos.* S. R. LAMPERTUS GEDICKE, in *primis verita-*  
*tibus religionis christiane*, JACOBUS ABBADIE in *der*  
*triumphirenden Christlichen Religion* Tom. I. c. 4. p. 19.  
seqq. GISBERT. VOETIUS de *Modis cognoscendi Deum*  
*Part. V. select. disput. theol.* In gratiam tamen juventutis hæc  
adjiciimus, quæ ex HEUMANNO habet Clariss. JOHAN.  
CHRISTOPH. KÖCHERUS, in *adnotationibus ad Hugo-*  
*nem*

nem *Grotium* p. 4. Existentiam D<sup>E</sup>i tribus luculentissimis,,  
 argumentis demonstramus. *Primum* hoc est, quo secum,,  
 quisque jure ita disputat: Ego existo, multis mirisque doti-,,  
 bus præditus. Has, aut a nihilo accepi, aut ab ente aliquo.,,  
**A**nihilo non accepi: id quod clarum est ex terminis. *Ubi*,  
 enim nihil est, nihil accipi potest. *E*. accepi ab ente ali,,  
 quo, summa potentia prædicto. Nam ad existentiam, reliquas-,,  
 que dotes mihi dandas summa opus fuit potentia. *E*. existit,,  
 ens aliquod, a quo ego & ceteri omnes homines existentiam,,  
 vitam, corpus & animam accepimus. *E*. existit creator totius,,  
 generis humani, hoc est Deus. *Secundum* argumentum,,  
 hoc est: Cœlum & terra, & quicquid video, non potest,,  
 esse a se ipso, sed prodit opificem suum. Nam neque se-,,  
 ipsum producere potuit ex nihilo; (id quod nec atheus,,  
 quisquam unquam statuit,) nec ab æterno existere potuit. ,,  
**A**b æterno enim existere, est una omnium maxima perse-,,  
 ctio. Atqui res illæ existentes maximis laborant imperfe-,,  
 ctionibus: imo pleræque ne vitam quidem habent: quæ au-,,  
 tem vitam habent brevi intereunt. Unde non possum non,,  
 concludere, corpora, cœli terræque ab ente quodam poten-,,  
 tissimo suam accepisse existentiam, adeoque existere creato-,,  
 rem hujus universi. *Tertium* argumentum peto ex artificio-,,  
 fissima & sapientissima compositione & dispositio[n]e, cum mei,,  
 corporis, tum omnium rerum extra me. Hæc enim nimis,,  
 manifesto prodit ens, quod de industria, & cogitate hæc,,  
 omnia produxit, & disposuit ad suum quodque finem. (4) ,  
 Quando audimus potentiam, *primo* concipimus aliquid, cui  
 insit potentia, *secundo* potentiam. Item *priu* concipio ali-  
 quid, cui repugnat mensura, *secundo* ipsam immensitatem, &  
 sic porro. Nostro enim imperfecto intelligendi modo, Deum  
 infinite perfectum & ejus attributa, non uno adæquato actu, sed  
 pluribus inadæquatis cognoscimus, ut distincta, quamvis in se  
 non sint, atque essentiam *primo*, sic dicta, attributa, postea vel  
*secundo* concipimus, unde Conceptum *secundorum* nomini-  
 ortum. (5) Conf. D. JOH. GEORG. WALCH *Einleit*  
*leitung in die Philosophie* libr. II. cap. 2. §. 25. LOESEKE

I. c. p. 10. It. ANDREÆ RIDIGERI Philos. Pragmat.  
de Metaphysica in Specie Sect. I. part. I. art. II. c. II. §. 80. seqq.

§. V.

Hæc Defe-  
ctibus labo-  
rat, dum ex  
natura non  
satis constat His præmissis, ad ea, quæ in primis nostri sunt  
instituti, nos accingimus, paucis ostensuri, quod, quam de  
Deo & divinis ex natura habemus, cognitio, variis labo-  
ret difficultatibus & defectibus, iisque non paucis. De-  
fectum vocamus absentiam ejus, quod ad integratatem vel  
perfectionem alicujus rei adesse, vel inesse debebat; Et  
scientia aliqua defectibus premi dicetur, quando, quæ sci-  
re desidero, & quæ scitu erant necessaria, tradere & ostendere,  
sicque desiderio scire desiderantis satisfacere non  
potest. In omni quidem scientia, ex lumine naturæ hausta,  
suam imbecillitatem fatetur natura, sibi conscientia, & vene-  
nato superbiæ vitio nondum tumida. Quemadmodum  
,,enim vespertilionum oculi ad lumen diei se habent, ita  
,,& intellectus animæ nostræ, πρὸς τὰ τὴν Φύσιν Φανερώτατα  
,,πάντων, inquit ARISTOTELES. (1) Cujus imbecillita-  
tis, in rebus, intellectu nostro majoribus ingenuam con-  
fessionem Doctam eruditæ vocare solent Ignorantiam. (2)  
Sed præ aliis, in hoc sciendi genere confitendum est, co-  
gnitionem de Ente perfectissimo, imperfectissimam esse.  
Natura enim γνῶστὸν quidem τὰς Θεὰς certissime, non autem  
πάντα γνῶστὸν plenissime manifestat: Sed egena est, tam in  
Dogmaticis sive Theoreticis, & Practicis sive moralibus,  
quam Historicis.

(1) *Libr. II. Metaphysic. c. I.* Conferri possent *Observationes Halen-*  
ses ubi monstratur, nescire Philosophos adhuc, quid sit *Ignis*  
Tom. IV. obs. 16. *Aer* Tom. V. obs. 3. *Aqua* ibid. obs. 4.  
*Terra* Tom. VIII. obs. 3. (2) *De docta ignorantia legi possunt*  
*Dissertat.* **GISBERT.** *VOETII* parti III. disput. select.  
insertæ.

§. VI.

## §. VI.

Primaria Theol. Natur. dogmaticæ de Dei *existentia* Modus quo & essentia, est doctrina. Diximus supra, (1) insitam esse insita insit. menti humanæ notitiam quandam Dei, ita, ut ex dictamine conscientiæ cuilibet constare possit; *Esse profecto DEum*, & reliqua. Primo quidem dicere possemus, quod, licet scientia de Deo nobis sit insita, desit nobis tamen scientia de *Modo & Ratione* hujus insitæ notitiæ; qua in re non parum auctores variant, dum alii cum RENATO CARMESIO (2) contendunt, inesse hanc notitiam *per Ideam*, Dei existentiam intellec*tui* repræsentantem, a Deo ipso nobis inditam; *Alii Instinctus est, natura hominum mentibus insitus*, quo intellectus in hujus veritatis adsensum feratur, ex naturali quadam in DEum inclinatione, velut in suum finem & summum bonum: Quemadmodum omnibus, etiam vitæ & rationis expertibus, insita est inclinatio quædam in finem & perfectionem suam; ut lapidi ad motum deorsum; *Alii adserunt*, nobis insitam esse Dei notitiam in *potentia propinqua*, qua intellectus natura potens constitutus ad actum cognoscendi hujus veritatis, positis ceteris ad intelligendum requisitis; *Alii* volunt inesse hanc notitiam per modum habitus analogice sic dicti, sive per modum *habitualis perfectionis*, non vero per nudam *divagari* cognoscendi, sed (ut sit) aliquid potentia cognoscendi superadditum aut innatum. *Alii* aliud est, (3) qui tamen de re ipsa, scilicet inesse nobis notitiam Dei, convenient, licet de modo dissentiant. Nobis, quod insit, sufficit, licet quomodo insit, accurate definire non possumus.

(1) §. II. nostr. dissert. (2) *Part. I. Princip. Philos. num. 14.*

(3) Conferatur D. MUSÆUS in *Introduct. in Theol.* c. 2. §.

23. p. 60. ubi diversarum opinionum, in primis, de *Idea in-*

nata instituitur examen. AEPINUS in *Theol. natur.* part. I. sect. I. c. 2. §. 8. seqq. D. JUST. CHRISTOPH. SCHOMERI *Colleg. Noviss. Controvers.* c. 3. §. 1. p. 49. ita: „Notitia Dei est insita per modum habitus connati , ante „omnem rationis usum ---- ita ut natura surdi, terminos ne- „scientes, tamen, cum cogitationibus non careant, de Deo „cogitare possint.

### §. VII.

Nee datur  
adæquatus  
Divinæ  
essentiæ  
conceptus  
proprius.

His ergo missis, ad alia hujus membra, properamus, notantes, quod, licet de existentia Dei, natura nullum sanæ menti relinquat dubium, tamen *adæquatum essentiæ* & naturæ Dei *conceptum primum aut proprium* dare non possit. Intelligimus autem per ejusmodi *conceptum*, tale *prædicatum essentiale positivum*, sub quo, modo sibi competente, concipiatur; cuius nulla ratio a priori adsignari possit, quod soli Deo competat, & ex quo tanquam primo, reliqui, sic dicti *conceptus secundi*, derivari possint, tanquam ex fonte. Sunt qui παντοτέλειαν, sive *Omniperfectionem* aut etiam *summitatem*, formalem Dei rationem sive formale constitutivum esse, & in hoc, tanquam radice, reliqua contineri, existimant. Sed non abest difficultas; *conceptus enim Independentiæ* prior videtur: Quærenti enim, unde de DEo perfectio dicatur? responderi posset: quia a nemine dependet, qui perfectionum potuit ponere limites; Et *Summitas de DEo* adparet dici *respective*, in respectu ad ea, quæ sunt extra DEum, quibus multo est excelsior. Ergo *proprie* non dicit, quid sit DEus. *Independentiam aut Aseitatem* alii ponunt, sed num, Quid sit DEus, primo dicant, dubitatur. Nam *Independentia & Aseitas*, positive accipi non possunt, quasi DEus *proprie* in se influat & communicet sibi esse; hoc enim contradictionem involvit, & idem est, ac si diceres: esse DEum se priorem, etiam posteriorem,

rem, esse sui ipsius principium, & principiatum Ergo negative accipitur, i. e. quod DEus non procedat ac pendeat ab alio, tanquam vera causa, & sic in respectu ad aliud dicitur, non, quid sit DEus, sed, quid non sit, (1) Imo nec communis Dei conceptus genuinus, quem genitus vocant, dari poterit, cum essentia Dei ita sit singulatissima, ut cum nulla alia re sub uno conceptu, vel genere univoco, constitui possit. Bene ergo celeber. PFAFFIUS: (2) Nobis, qui finiti sumus, incomprehensibile est, (Ens perfectissimum); nulloque termino, qui exesse ipso, conveniat, definitumque suum exhauriat, describi potest.

(1) Conf. THEOD. HORNII *Terccis questionum ex Theol. Natural. select.* Gryphiswald. anno 1703. quæst. 2. & 3. Item HENRICI RIXNERI, *exercitium academicum de voluntate Dei c. I. §. 16.* Helmst. 1670. It. GABRIEL GRODDECK *de Spiritualitate Dei ex lum. natur. adserita*, qui conceptum Spiritualitatis cum conceptu Independentiæ coniunctum pro primo ponit. Gedani anno 1708. (2) *Institut. Theol. Part I. cap. I. de DEo p. 111.*

### §. VIII.

Nullum vero in præcedenti §. invenit patrocinium Atheorum illa objectio, ubi a negata idea vel conceptu Dei, ad negandam Dei existentiam argumentantur. (1) Aliud enim est Existentia, aliud Essentia (secundum nostrum concipiendi modum); illius datur notitia, hujus negatur adæquatus conceptus. Quanquam & hoc concedamus, dari talem essentiæ conceptum primum, ex quo quodammodo reliqui secundi derivari possint, ut v. g. est Independentia aut Παντοτέλεια. Deinde plane ἄλογον est, ita concludere: Quidquid non comprehendo, illud non est. Alia enim est: τὰ τὶ εἰσὶ, alia τὰ εἰ εἰσὶ, quæstio; qui de illa sibi non satis constare fatetur, hanc non negat. Multa sunt in sublunaribus & finitis, quæ non intelligimus, ut

Licet existentia sufficiens deatur notitia,

viam venti, & quomodo in utero ossa præparentur, teste Sapientissimo (2): interim tamen non negantur. Quam de urbe *Batavia* habemus, idea, vix cum re ipsa concordabit: existentia tamen urbis non negatur. Rationi convenientius esset, ab impotentia nostra ad incomprehensibilem Majestatem divinam concludere, ut in admirationem ejus, & eum melius cognoscendi desiderium, rapiamur. Quemadmodum præclara lucis solaris excellentia inde cognoscitur, quod oculus corporis hujus splendorem comprehendere aut ferre non potest. Miser ille, mihi crede, imo nullus est DEus, qui intellectus nostrī limitibus circumscribi posset: ut pauper Rex, qui cum omnibus opibus parva hortulani casa caperetur. „Si enim (inquit BUDDEUS) omnia finito & limitato „nistro intellectu comprehendere possemus, nihil dare- „tur, quod infinitis perfectionibus esset præditum. (3)

(1) ABBADIE 1. s̄aepē cit. Tom. I. cap. 14. §. 1. it. BUDDEI *theses de Atheismo* cap. 6. §. 7. (2) *Ecclesiastē* cap. XI. v. 5. (3) loc. cit.

## §. IX.

Neque da-  
tur suffi-  
ciens Dei &  
divinorum  
attributo-  
rum cogni-  
tio viva.

Attributa divina cognoscuntur ex lumine naturæ, opera item, & providentia, ut supra ostensum. (1) Ut vero & circa hæc, scilicet attributa divina, imbecillitas naturalis nostræ cognitionis pateat, hoc unum modo notamus, vivam harum divinarum perfectionum, notitiam aut earum  $\alpha\mu\delta\eta\tau\omega$  naturam posse dare nullam; nec posse in nobis accendere affectum, qui gigneretur si viva esset, hujus vel illius idiomatis cognitio, nec nos posse reddere participes fructus salutaris, ex vera agnitione hujus vel illius idiomatis, in nos redundantis. Longum foret, per omnia illud divina idiomata ostendere; unicum sufficiat, ut, quid dicere velimus, intelligatur. Ratio sana dicit,

UNUM

UNUM esse DEum i. e. si quid est perfectionis, si quid bonitatis, si quid salutis, si quid beatitatis, si quid potentiae, sapientiae, illud in solo DEo est originaliter, ut in fonte infinito; præter DEum vero, & absque hoc DEo, nihil est. In nulla re, sine DEo considerata, harum perfectionum aliquid inesse potest; Hæc ore dicet, & corde naturali fatebitur, qui intelligit, quid sibi velit conceptus unitatis in DEo. Quodsi vero viva esset ista cognitio, crede mihi, nihil quæret, nisi hunc unum, in quo omnia. Tristis erit, si vel omnia haberet, hunc unum vero non; intelligit enim se nihil habere; lætus erit cum illo, in quo solo vera quies. Nulla sua vel aliena potentia aut sapientia nitetur, nullam timebit & reliqua. Quam vero vivam cognitionem neque ratione hujus, neque aliorum idiomatum, natura dare potest. Si res parvi momenti esset, vere intelligere, DEum esse *unum* non opus fuisse Mosi tot verbis antecedentibus & consequentibus, iisque tantæ emphaseos, inculcare illud: יְהוָה אֶחָד. (2) Satis itaque quidem natura docet, esse DEum, hoc tamen respectu Θεού quasi ἄγνωστον nobis relinquit.

(1) §. 4. nostr. dissert. (2) Deut. VI. v. 4.

### §. X.

Quod ad intelligentiam divinorum operum attinet, Neque pro erit sapienti sat, adduxisse illud SIRACIDIS: (1) “ πολλὰ videntia. ἀπόκρυφά ἐστι μέίζονα τετραν, ὁλίγα ἐωράκαιαν τῶν ἔργων “ autē i. e. pauca vidimus operum ejus, multo his majo. “ ra sunt occulta. “ Quod Providentiam concernit, hujus doctrina multo est pro fundior, quam ut ratio, sibi relicta, in nexum & analogiam ejus latentiorum possit penetra- re, & se ex istis expedire difficultatibus, quæ ipsi hic in- cidunt. (2) Bonos judicat, externis vitiis, publice notis, non contaminatos, foeditatis internæ, vel occultæ exter-

næ ignarus ; veræque felicitatis & veri boni sibi non conscient, mala bonis accidere miser dolet, ita quoque, quod malis omnia, ut putat, ex voto fluant, boni adversis conflictentur, vitiis dediti & scelera anhelantes latentur, hoc cum providentia, justitia, sanctitate ac bonitate Dei se non conciliare posse existimat, hæc & his similia sunt ipsi vexata dubia. Nemini non nota sunt verba, tum certe furore abrepti Nasonis :

Cum vexent mala fata bonos, (ignoscite fasso) “  
Sollicitor, nullos esse putare Deos.

Inde alius (SENECAE sunt verba) Deo objicit neglig-  
gentiam nostri, alius iniquitatem : alius illum extra  
mundum suum projicit, & ignavum hebetemque, sine  
luce, sine ullo opere, destituit. “ (3)

(1) Cap. XLIII. v. 36. (2) Verba sunt D. JOACHIM. LAN-  
GII in *causa Dei contra Naturalistas* p. 16. (3) Libr. VII.  
de *beneficiis* c. 31.

### §. XI.

Non datur  
ex natura  
sufficiens  
cognitio  
hominis.

De *Homine* quoque agit Theol. natur. Theoreticæ pars  
altera, tanquam subjecto cognitionis, cultus & fruitionis  
divinæ; qui constat corpore & mente, aut anima, po-  
tentia intelligendi & volendi prædita, de qua, ut prima-  
ria hominis parte, pauca dicemus ante, quam de toto  
supposito agamus. Docet natura, dari in homine ejus-  
modi naturam, sive principium, a corpore naturali di-  
versum, de quo sanus non dubitabit : (1) Intelligitur  
quoque ejus *immaterialitas*, sive, quod sit omnis materiæ  
expers, ob cogitandi, intelligendi facultatem & alias  
operationes, a materia non provenientes. (2) Ex im-  
materialitate, qua in se & sua natura principium corruptio-  
nis internum non involvit, probabiliter colligitur immor-  
talitas, & quod corpori sit superstes. (3) Non pauca  
tamen,

tamen, quæ circa hoc membrum desiderantur, reperiuntur. Nam sui ipsius non habet sufficientem cognitionem anima: multa alia scit & intelligit; de se & suis viribus parum. (4) De ortu suo individuali non satis certa reddi potest: mox, quod jam dudum præ existenterit, mox, quod immedieate sit creata, mox, quod propagata sit a parentibus per traducem, dubia sibi persuadet. Porro defectibus, ratione hujus membra, quodammodo adnumerari potest, quod ex natura apodictice demonstrari non possit animæ immortalitas. Ea sunt argumenta apodictica, quæ hominis animum reddunt *ἀμετάπτωτον*; (5) quod vix dici poterit de argumentis, quæ pro immortalitate animæ adferuntur. Nam ut de eo, quod supra allatum, modo dicamus, ratione immaterialitatis, tantummodo negatur defectibilitas ab intra; non autem ab extra. Non repugnat spiritui, desinere. Dependens est. Quid? si influxum conservativum subtrahat, ille a quo dependet? id quod potest; Quid enim velit omnipotens, in hoc punto, naturæ, non est revelatum. (6) At non dicitur, quod ex natura animæ immortalitas sciri plane non possit, sed quod argumentis, exceptione majoribus demonstrari non possit, adseritur. Faciunt huc verba D. ABRAH. CALOVII: (7) "argumenta, quæ ex naturæ libro " petuntur, non tam apodictica, quam probabilia vi- " dentur, qua probare debeant animam non interire, sed " æternum permanere, cum a libera voluntate Dei hoc " dependeat. "

(1) Conferri tamen potest D. JOH. MELCH. VERDRIES, *de Aequi librio Mensis & corporis p. 1. seqq.* in adnot. (2) Conf. D. HULRICH HEYDENI *disput. de anima, Hale* Magd. 1712. (3) Consensus cultiorum gentium hoc etiam comprobatur, conf. HUGO GROTIUS *de verit. Christ. relig.* libr. I. §. 21, 22. (4) SENECA lib. VII. *Natur. Quæst.*

€. 24.

c. 24. Multa autem sunt, quæ esse concedimus: qualia sunt, " ignoramus. Habere nos animum, cuius imperio & im- " pellimur & revocamur, omnes fatebuntur: quid tamen " sit animus ille rector dominusque nostri, non magis tibi " quisquam expediet, quam ubi sit." (5) ARIST. *post. Analytic.* Lib. I. c. 2. (6) Rationes plures promit MASIUS Theol. Hafniensis in *dissert. de immortalitate animæ.* Hafniz 1706. 8. In compendio Controversia ista omnis sistitur a D. JOH. GEORG. WALCH in *Lexic. Philos.* p. 2304. seqq. (7) *Tom. III. Syst. Theol.* p. 1222.

## S. XII.

Non mon-  
stratur vera  
reconcilia-  
tionis cum  
Deo via,

Hominem totum Malo morali penitus immersum, deprehendit natura sibi conscientia; sanctissimum & justissimum Deum saepissime laedi per peccata innumera, testatur conscientia; Læsum Deum punire vi justitiae immutabilis, & non posse ferre accessum peccatoris ad se, nisi cum demonstratione suæ sanctitatis & justitiae, negare se non potest: qui est æterna veritas; id quod ratio etiam docet. (1) Placabilem esse Deum, sperare quidem posset, sed medium reconciliandi, ratio plane ignorat. Irato Deo satis dari debere, intelligit, (2) ubi vero infinito Deo convenientem inveniet satisfactionem? Quod si ergo animus facinorum sibi conscientia terreatur & vexetur, (3) solamen misero dari poterit nullum. Cui tum quidquid de Deo sanctissimo scit & audit, terrori fit ac tremori, sicque ei omnis salutis spes adimitur, & nulla animo dabitur vera tranquillitas, cum sub infinito pondere iræ omnipotentis, & *ἰπόδινος τὸ θεόν* relinquatur. Neque vero hic quicquam juvabit sacrificiorum multitudo; (4) aut tristitia illa naturalis, ob delicta exorta, neque enim per illa, neque per hanc, factum infectum fieri, aut infinito satisdari poterit. Id quod non minimum Theol. natur, defectuum argumentum est.

(1) Actor.

(1) *Auctor. XXVIII. v. 4.* docent nos hæc gentes, sibi natura nō tam fuisse justitiam Dei vindicativam. (2) *Gentilium sacrificia inter alia testantur, gentiles agnoscere, si Deum placatum velint, reconciliatione & satisfactione opus esse.* *PLCTETI Gotts Gelahrtheit Tom. I. libr. I. cap. III. litt. g.* (3) *CIC. pro Sext. Roscio Amerino c. XXIV. de conscientia ita:* “ Nolite enim putare, quemadmodum in fabulis sæ- “ penumero videtis, eos, qui aliquid impie scelerateque “ commiserat, agitari, & perterriti furiarum tædis arden- “ tibus. Sua quemque fraus, & suus terror maxime vexat: “ suum quemque scelus agitat, amentiaque adficit: suæ “ malæ cogitationes, conscientiæque animi terrent. Hæc sunt “ impiis assidue & domestica furia, quæ dies noctesque “ pœnas a consceleratissimis repeatant. ” (4) *CAMPÆG. VI-TRINGA in observat. sacris Libr. III. c. 12.* inter alia obser- vat, raro sanctitatis Dei mentionem fecisse gentiles; idque factum esse existimat, ne turbarentur recordatione sanctitatis, sed ut conscientia suffocaretur, & fierent securi. *Idem c. 13. p. 192.* existimat, quod, cum Stoici affectus omnes subigen- dos excutierdosque docuerint, hoc voluisse, ut sic libera- rentur, a conscientia mala, condemnante & inducente me- tum. (5) *Illud. ipsa natura duce, intellectu saniores gen- tium, testatur PFANNERUS Theol. Gentil. pur. cap. 15. § 6.* In primis notatu digna sunt verba *CURTII libr. IV. c. III. de rebus gestis Alexandri:* “ *Sacrum, quod Diis minime “ cordi esse crediderim, multis sæculis intermissum, repeten- “ di auctores quidam erant: ut ingenuus puer Saturno im- “ molaretur, quod sacrilegium verius, quam sacrum.* ”

### S. XIII.

Pondere *Mali moralis* porro premitur homo, quod *Nec libera-  
adfectus sentit inordinatos, indomitam concupiscentiam, tionis a ma-  
adpetitum sensitivum, rebellem contra rectam rationem: & morali.  
& licet profunditatem mali penitus non inspiciat; gemit  
tamen sub concupiscentiarum tyrannide, incitante ad  
omnis generis libidines Deum offendentes, sibi, aliis ho-*

C

minibus

minibus & reipublicæ, noxias; sentit cupiditates & desideria sola esse, quæ inquietum, quæ pauperem, quæ infelicem reddunt, secundum illud ARISTOTELIS: *A natura divites sunt omnes, pauperes omnes facit concupiscentia.* (1) Ubi vero salutarem & vere sanantem medicinam dare aut ostendere potest ratio? ense, ferro, rota, cruce vix ac ne vix quidem externam impedire potest nequitiam, publicam rem turbantem; & quæ adfert, humana argumenta & dehortationes, plus saepe augent, quam minuunt, concupiscentiarum virus. Exstingvere non possunt illud cacoethes, plus enim requiritur, quam humana persuasio ad frangendam affectuum violentiam, & ad vincendam. In externis quoque malis, quibus totus circumseptus est, eum relinquit natura, nec contra mortem & alia, quæ timentur, efficacia habet solamina.

(1) Teste THOMA STANLEJO in *vita Ariſt.* p. 425.

#### §. XIV.

*Ad cultum  
Deo conve-  
nientem &  
acceptum  
ducere non  
potest.*

*Ad moralem pergitus Theologiam.* Paucis supra (1) diximus intellecta existentia Dei, intelligi reverentiam, amorem, obsequium & omnem cultum ipsi Deo deberi, ut homo se totum illius esse, intelligat, a quo totus est. Hic vero plane velut aperta & detecta jacet naturæ nuditas, & impotentia; id quod inde facile colligitur, cum doctrina moralis sit surculus, ex dogmatica quasi radice, & ex fonte rivulus. Qualis itaque cognitio Dei, & ejus attributorum, talis est cultus; at, illa ex natura, viva dari non potest, ergo & cultus non nisi mortuus. Ad gratiam Dei recuperandam, ad unionem cum Deo pervenendum, viam monstrare nequit, ergo nec ad verum cultum. In internis maxime cultum Dei consistere intelligere possit,

set, si vellet rātio, non in ritibus, confitente Menandro. (2)

Θεῶν δὲ θυεῖς διὰ τέλεσ δίκαιοι ἦν, “  
Μή λαυτρὸς ἦν ταῖς χλαμύσιν οὐς τὴν καζέδα. “

Deo sacrificia semper ingenio probo, nec tu albam “  
vestem magis quam mores induas. “

In externis tamen, ut plurimum, cultum ponit. Interna, pura semper, *integra* ac *incorrupta* mente venerandus erat Deus, (3) at vero quia totus in corruptione hāret, ad verum cultum sic minime est idoneus, & natura, abstergendæ labis, expellendarum cupiditatum, cultus veri impedimentorum, vires dare ac monstrare non potest. Nisi vero alia interdum aliis impedit vitia, ut stulta ambitione, voluptatum fœditatem, vana laudis gloria, pigritiam. Excitandi veri amoris, fiduciæ, venerationis erga Deum, nullum habet remedium. Et quid diutius moramur? confitendum quod res est. Homo, sibi conscientia, confitebitur, se ab iis, quæ Deo debentur, longe abesse; non inveniet in se amorem, non timorem. Non est in illo adquiescentia in Deo, qui tot curis angitur: Non est in eo *αὐτάρκεια*, quem corruptibilium rerum fames tortuunt, sitis urit. Legibus naturæ aliqualem præstat obedientiam, non vero erit adeo studiosus legum, & naturæ dicto obediens, si perversæ philavtiæ stimulo & propriæ conservationis studio cum privaveris. (4) Itaque natura ut in *αὐραίᾳ*, ita & in *αὐραύλᾳ* esurientem relinquit cultorem.

(1) §. IV. nostr. dissert. (2) Conferatur HUGO GROTIUS *de Verit. relig. Christ.* libr. IV. §. 12. in adnot. (3) CIC. *de natura Deorum* libr. II. (4) Digna est, quæ hoc referatur & legatur disput. FRID. WILHELM. BIERLINGII *de Imperfectione virium naturalium ad consequendum S. B.* Rintheliao. 1702.

## §. XV.

Historica Tandem ad *Historicam* quod attinet *Theol. Natur.*,  
 quoq; The illa plane manca est & mutila. Quod enim attinet ad  
 ologia per- originem creatarum rerum, tempus productionis, mo-  
 multis pre- mitur de se- dum formationis, plane ignorat. (1) Notum quidem esse  
 aribus, potest, genus humanum quondam cœpisse: quomodo  
 tamen, quando, quinam primi homines, quot illorum,  
 & his similia, natura Magistra, nequeunt intelligi. Ma-  
 joris ponderis est de *Origine Mali* quæstio. Quemadmo-  
 dum enim foeditatem mali moralis cognoscere non potest  
 natura, sic de ortu ejus incerta est. De quo multum  
 olim, & nostro quoque sæculo, disputatum fuit. Vete-  
 rum nonnulli duo statuebant principia, alterum mali, al-  
 terum boni, auctorem; quæ sententia *Manichæi* infelix  
 postea facta est genitrix; (2) Alii non erubuerunt, Deum  
 auctorem mali constituere, quod patet ex adductis a  
 PFANNERO gentilium sententiis, in quibus inter alia  
 male olet illud Euripidis: „Homines autem, diis aucto-  
 ribus, non mirum est peccare „, (3) Alii ad materiam  
 primam, quam Deo coævam, & mutationi obnoxiam,  
 statuunt, confugiunt. Quæ ante, & circa nostra tempo-  
 ra, eadem de re fuerint controversiæ cum PETRO  
 BAYLIO, illustri LEIBNIZIO, CHRISTIANO WOLF-  
 FIO, & reliquis, satis notum est. Quam item nos nunc  
 non facimus nostram, quibus sufficit ostendisse, de mali  
 origine nihil certi ex natura constare. (4) Idem esto  
 judicium de futuris v.g. resurrectione mortuorum, statu  
 animæ separatae, (5) instante judicio, futura felicitate,  
 ita ut homo naturalis dici possit ἐλπίδα μὴ ἔχων. (6)

(1) *Cont. MEISNERI Philos. Sobria Part. I. Sect. III. c. III.* (2)

Videantur incomparabilis BUDDE! *Institutiones Theologie*

*Dogmaticæ* lib. III. c. II. §. 35. p. 668. seqq. (3) *System.*

*Theol.*

Theol. gentil. purior. cap. IX. §. 3. (4) JOH. GEORG. WALCH. Lexic Philos p. 299. (5) D. GOTTLIEB WERNSDORFSS Schriftmäßige Gedanken vom Zustande der abgeschiedenen Seelen. Witteberg 1726. Germ. edit. (6) Ephes. II. 12.

§. XVI.

Objici fortasse posset, non adeo defectibus laborare Nee obstat haustum ex lumine naturæ cognitionem, multa sciri posse, gentilium a de quibus, quod intelligi possint, supra negatum. Testes laudata co. advocari possunt TOBIAS PFANNERUS in *Syst. Theol. gentil. purior.* & alii, larga manu proferentes testimonia scientiæ gentis aliqualis, de creatione, Trinitate, resurrectione, de futuris, & reliquis. Verum observandum, PFANNERUM ipsum duos fontes gentilis Theol. monstrare, *naturam* scilicet & *traditionem*. Si quæ ergo de supra nominatis, aut iis similibus, meditati sunt, naturæ illud non debent, sed traditioni. (1) Probe itaque notandum, cavendum esse, ne naturam existimemus inventricem alicujus veritatis, quando, si quæ idea vel ex revelatione, vel ex traditione in mente hæret, illam veritatem similibus ex natura sumptis illustrat; (2) vel etiam, quando ostenditur, contra hanc vel illam veritatem, naturam nihil habere, unde eam inficias eat, sed quod illa potius ex natura probabilis reddi possit. (3) Cave, inquam, ne inde naturam auctorem talis cognitionis prædices. Secundo de purioribus loquitur quoque auctor citatus; quanquam & hi satis interdum impure, obscure & dubitanter locuti sint, & alii interdum illis plane contradicunt. In primis tertio probe observanda verba, nunquam satis laudandi BUDDEI, in *Isagoge Historico-Theologica*: (4) Ji, qui intempestivo conciliandi Philo-sophos, aut inter se, aut cum S. Scriptura, studio te-,,

nentur, h̄aud raro iis tribuunt, quod nunquam eis venit,,  
in mentem. Hinc & quid de MUTHI PANSÆ osculo,,  
philosophiae ethnicae & christiana censendum sit, liquet.,,  
Parum abest, quin idem pronuntiem de TOBIÆ PFAN,,  
NERI Systemate Theologie gentilis purioris, siquidem in,,  
eo, quam prope ad veram religionem gentiles accessi-,,  
rint, idque per cuncta sere ejus capita, ostendere voluit.,,  
Consilium quidem illud minime vituperandum, ita,,  
tamen comparatum est, ut vera gentilium sententia,,  
sæpius magis obscuretur, quam illustretur. Sane si gen,,  
tilium Philosophis aliquid tribuatur, quod non dixerunt,,  
nescio, an adeo magnum inde ad religionem Christianam,,  
redundaturum sit emolumentum. Repetendum nimi,,  
rum, quod aliquoties jam monuimus, multa exstare,,  
gentilium effata, quæ extra illorum sistema considera-,,  
ta, sensum plane egregium fundant; secundum genuina,,  
autem eorum principia explicata, longe aliud quod,,  
significant.,,

(1) Cap I. §. 4. conferatur etiam HENRICI LUDOLPH.  
BLÄTTEL: Betrachtung der Schriften der Alten  
von der Göttlichkeit Christlicher Religion Part. IV. c. 2.  
§. 33. 34. (2) Ita v. g. Trinitatem videtur ostendere voluisse  
D. JOH. PORDÆDSCH in sic dicta, Göttlichen und  
wahren *Metaphysica*, ubi in der Einleitung cap. I. §. 58. p.  
23. ita: So ist dann keine Vollkommenheit und keine  
„Glückseligkeit/ als in der Zahl Drey vereiniget in Eines;  
„nehmlich (1) das verlangende Subject, Grund-Wesen oder  
„Ding an sich; (2) der füllende oder ersättigende Vor-  
„wurf; (3) eine wesentliche Freude/ einer durchdringenden  
„Kraft/ so von den beiden ersten ausgehet/ und das gan-  
„ze Wesen durchstrahlet: Welches alles zusammen nur ei-  
„nen glückseligen Geist ausmacht. (3) Sie naturam nihil  
non solum objicere non posse contra doctrinam de Deo, ha-  
bente filium, coæqualem, sed huic etiam hoc probabile esse,  
posse,

posse, ostendit S. R. LINDHAMMER in erudito in *Acta Apost. commentario* p. 510. sequentibus verbis: (1) Das Götliche Wesen ist nicht allein gut/ sondern auch das aller-, „ vollkommenste Gut. Dahero muß es sich auch wohl auf, „ das Aller vollkommenste mitgetheilet haben. (2) Das „ Götliche Wesen muß seelig seyn. Die Seeligkeit aber be-, „ steht in Vergnigung und Freude. Vergnügen und „ Freude beziehen sich auf was das dieselbe erwecket. Die „ ses aber/ oder die Materie und Ursach der Vergnigung und „ Freude/ ist bey einem verdnftigen Wesen allemahl mit „ einer Absicht auf etwas anders verknüpft. Welches „ denn auch alsbald bey Gott/ als dem allervollkommensten „ Wesen in einer ihm zukommenden Maasse eintreffen muß. „ (3) Das Götliche Wesen muß auf das vollkommenste „ frölich seyn / und also auch die vollkommenste Vergnig- „ gung und Freude besitzen; Welches aber nicht von irgende „ einem Dinge / das ausser dem Götlichen Wesen / und „ von demselben erschaffen ist/ herkommen kan. Wie denn „ auch solchenfalls der Schöpfer von seinem Geschöpfe ab „ hangen müste / welches unmöglich ist. Darum ist ver- „ nünftig/ daß sich Gott auf eine / seiner Götlichen Hoheit „ und Vollkommenheit gemäße Weise einem mitgetheilet ha- „ be / der aus solcher Mittheilung Gott gleich / oder mit „ Gott gleiches Wesens / und nicht sein Geschöpff ist / und „ das Gott sich demselben auf gedachte Weise mitgetheilet „ habe / um seiner Seeligkeit / Freude und Vergnigung „ willen / welche mit dem Götlichen Wesen gleich ewig seyn „ muß / weil man sich keinen Unterschieden einbilden kan / da das „ Götliche Wesen irgend einigen Mangel an etwas/ das zur „ Seeligkeit gehört / gehabt habe. (4) *Libro priori c. IV.*, „ p. 287.

### §. XVII.

Ubi nunc inductione paucis ostensum, quod multa, *Origo ho-*  
*scitu necessaria, ex lumine naturae sciri nequeant, ulterius rum dese-*  
*inquirendum esset in originem horum defectuum; sed* <sup>stuum,</sup>  
*confi-*

confitendum erit & hoc, esse documentum imperfectæ ex natura cognitionis, quod ne scire quidem possimus, qui fiat, quod nostræ ex natura haustæ cognitioni tantum desit; nisi dicamus, causam quærendam in eo, quod lumen, quod sequendum, non satis clarum; & oculus, quo vindendum, non satis acutus, ita ut non procul videre, nec satis omnia circumspicere possit. Principia hujus cognitionis sunt natura & ratio. Hæc vero, quid ipsa sit, non satis quidem intelligit, cum de definitione inter Philosophos nondum conveniat, (1) ut jure SCHOMERUS (2) conquestus sit; Rationem, qua a brutis differimus, „alii aliter definiunt, & miserum est, in ipso limiæ, & „communi intelligendi principio, etiam dissidere Philo- „sophos, cum, quid illud sit, quo se omnes niti, quod- „cunque sequi gloriantur, indagant. Naturæ quoque vox πολύσημος est, & aliter ab hoc, aliter ab illo, accipitur (3). Quodsi vero porro quæratur, unde illa imperfectio, ratione virium mentis, res in dubio relinquitur, cum de malis physici origine etiam non satis constet. Quodsi ulterius cui veniret in mentem, numne quondam lumen fuerit clarius, & oculus magis acutus? in dubio rem relinquet Theol. Natur. Doctor.

(1) PETRUS DANIEL HUETIUS von der Schwachheit des menschlichen Verstandes/ ita scribit: Ich nen „ne die Vernunft dasjenige Vermögen/ welches der mensch „liche Verstand hat/ die Wahrheit durch seine natürliche „Kräfte zu untersuchen; libr. I. c. I. §. 6. aliis audit: Die Ein- sicht/ so wir in den Zusammenhang der Wahrheiten haben. D. JUST. CHRIST. SCHOMERUS in Theol. moral. §. III. c. III. „Ratio est facultas distincte reflectendi super conceptus & cogitationes nostras. „ ROELLIUS *dissert. de Relig. rational.* §. 13. p. 14. ita: „Distinctius rationis no- „men parti illi cogitanti tribuitur, quatenus facultate prædita est

est ratiocinandi: apta nata, varios cogitandi modos, varias que, pro rerum, quas repræsentat, varietate, cogitationum formas atque ideas inter se, & cum rebus conferendo, alia ex aliis, ignota ex notioribus, ex clarioribus obscuriora, conclusiones ex principiis, cogitationum serie ac nexus quodam derivare. M. CHRISPIN KLUGMIEL Phil. præct. quondam in Acad. Regiom. Prof. Dissert. *de ratione sive normali philosophico principio Regiom.* 1634. ita: Recta Ratio nihil aliud est, quam rectum judicium de rebus ex naturalibus principiis deductum, contemplandi & agendi gratia. Plura huc pertinentia legi possunt in S. R. LAMP. GEDICKE *Amica collatione* cum S. R. HENR. JAC. van BASHUYSEN *de Aëstimatione rationis Theologica*; In primis BUDDEI Instit. Theol. Moral. C. I. sect. II. §. 20. seqq. (2) *Theol. Moral.* c. III. §. 3. (3) Varias vocis *NATURÆ* significaciones, & alia, ad doctrinam de Natura pertinentia, collegit D. GEORG. FRIDERICH NIHENCK in dissert. *de Natura* Rostoch. Anno 1708. Quid vero in Theol. nat. communiter per lumen Naturæ intelligatur, supra dictum §. IV. num. 1.

### S. XVIII.

Circa præcedentem §. quædam erunt notanda. Primo posset nempe quis existimare, quod ita ratio & natura, *incerta* constituantur principia & fundamenta Theol. natur.; id quod nobis in mentem non venit. Natura enim & ratio etiam habent Deum auctorem, fallere ne- scium. Est ratio sana singulare Dei donum, & in vita humana, ut & in Theologia revelata, insignem habet usum (1). Unde etiam Theologia naturalis, quando defectuum arguitur, *incertitudinis* non accusatur. Est enim *ἀληθεία θεος*, (2) *σοφία θεος* (3). Quando enim dicitur, quod non omnia, quæ scitu sunt necessaria, doceat ratio, & ipsi superstructa Theologia; non dicitur, quod, quæ doceat, sint incerta: ut, qui oculo se non omnia videre, quæ in sole videre desiderat, confitetur, hoc ipso oculi potentiam videndi alia, ut veram solis existentiam, non negat; &, Incertitudinis tamen inde non est accusanda, quam habemus notitiam naturalis.

D

qui

qui de centum florenis, quos cupit habere, quinquaginta adhuc desiderat, de reliquorum tamen quinquaginta possessione satis certus esse potest. Deinde etiam hoc observandum, naturæ lumini aut Theol. Natur. non esse imputandum, quod multi, quæ cognoscere potuissent, actu non cognoverint, v.g. unitatem Dei; it. ubi Sapientes esse potuissent, stulti facti sunt; & quod, qui secundum luminis Naturæ ductum, vitam homine dignam instituere potuissent, bestiarum more vixerint. Non opus fuisset, siliquas edere iis, qui bona e domo paterna secum sumpta prudenter administrare voluissent. Non est, inquit „ROELLIUS, (4) rationis culpa, quod tam pauci veritatem virtutemque inveniant. Nam, qui rationem ea reverentia, eaque animi contentione, colant audiantque, „qua decet, rari sunt, & si cum ceteris comparentur, „vix numero totidem, quod Thebarum portæ, vel divitis Ostia Nili. Bene ergo Venerandus MUSÆUS (5) inquit: Cave tamen sis, ne ipsi Theologiæ naturali adscribas errores, in quos olim Gentiles, sive per cæcitatem fui intellectus, illius principia non recte adsecuti, „sive per voluntatis perversitatem iisdem abusi, prolapsi sunt. Quanquam tamen & hoc concedendum, quod, exemplo gentilium, in turpissimam superstitionem, falsas de Deo opiniones, & immundam vitam prolapsorum, patet, quod infirma sit & facile mobilis cognitio de Deo naturalis.

(1) Scilicet (α) usus adprehensivus & retentivus.

(β) Explicativus rerum ex Philosophia reali in Scriptura occurrentium.

(γ) Argumentativus, & de connexione sententiarum judicativus.

(2) Rom. I. v. 25. (3) I Cor. I. v. 21. (4) Diff. citata §. 122.

(5) In *Introduct. in Theol. de Definition. Theol. in Natural. & revelat. cap. I.* §. 14. p. 40. §. XIX.

## §. XIX

Hoc nunc ulterius monendum, nos non contendere, quod ille, qui lumine gratiæ gaudet, istos scientiæ naturæ videat defectus. Huic enim facile est, hos & multos alios indicare. Huic facile est dicere, sibi, quæ oculus non vidit, & auris non audivit, & quæ cor hominis non sentit, manifestata esse. Huic facile est dicere, se innumerabilia & cælo ipso majora possidere bona, quæ ratio ostendere non potuit. Sed hoc est quod volumus, natu-ram ipsam & rationem horum, & similium defectuum, quos indicavimus, sibi posse esse consciam. Id quod ex superioribus jam potest constare; paucis tamen, ut breves simus, rem adhuc illustramus. Homo sanus facile con-cedet, quod ad finem, nempe beatificam Dei fruitionem, obtinendum, necessaria sit, vera Dei agnitus, Deo conve-niens satisfactio pro peccatis, Deo conveniens cultus. Talia vero ex naturæ viribus non intelligi, non obtineri, non monstrari, etiam concedet, ergo naturalium virium defectus fateatur, neesse est. Secundo fatebitur homo, se horum, quæ abesse ostensa sunt, quædam vel anxie, vel avide tamen desiderare, ut in terroribus mordentis con-scientiæ, verum solatium; de gratia Dei firmam certitudi-nem; desiderabit liberari a sexcentis quibus premitur malis, a mortis terrore & aliis. Quærat vero, scrutetur, rimetur, nullam inveniet in natura *ἐνθετική*, ergo cognitio-nis & virium naturalium videbit defectus. Tertio con-fitebitur, se, ab *αὐταγνείᾳ* & vera in solo beato adquiescentia & quiete longe abesse, utpote qui miris modis interne turbatur, externe premitur. Quærat viam veri regressus in Deum, non inveniet, non dabit, non ostendet natura. Hoc fatendum est, ergo & illud, quod volumus. Sentit tandem homo, se ulterioris cognitionis esse capacem, se in-

Sunt autem ex ipso lu-mine natu-ræ hi defec-tus nosci-biles,

D 2

forma-

formationis esse indigum ; plura vero non dare naturam,  
videt, ergo & hujus magistræ imbecillitatem.

§. XX.

Illud intellexisse utile cognoverit, quæ inde oritur utilitas ? respondemus ; *Primo* non solum firmiter persuasus erit , insufficientem esse ad æternam salutem naturalem cognitionem , & vires naturæ , sed simul munitus erit contra talia profitentes. (1) *Secundo* de bonitate, sapientia, & potentia Dei, contra , de sua inopia, miseria, & indigentia, cum firmiter ipsi constet, probabiliter concludere potest, dari forte uberiorem revelationem , quæ defectibus istis medeatur , ut finem sibi præfixum obtainere possit. Quam clariorem revelationem esuriens quasi & sitiens anhelabit, & cum gaudio recipiet , qui suam miseriā sentit. Id quod probat consensus omnium gentium, ad revelationem confugientium. Ethnici ad Oracula ; Turcæ ad Alcoranum ; Judæi ad Codicem & Talmud ; Christiani ad S. Scripturam provocant. (2) *Tertio*, quid de virtutibus gentilium, aut de bonis operibus, Deo nondum reconciliatorum & divinis virtibus nondum instructorum, statuendum sit , facile intellignet. (3) *Quarto*, si specialis revelatio , quam desideravit, quædam doceat, quæ sunt supra captum rationis, intelliget , rationi ipsi esse consentaneum , ut taceat, adquiescat, neque rimetur. Vera enim revelatio, quæ contra lumen naturæ, minime, quæ vero supra rationem sunt, utique manifestare potest. Ea igitur quæ ratio non intelligit, *ignota* quidem sibi , non autem *falsa* pronuntiare potest , cum pro revelatorum norma se venditare minime possit. Egregiè hoc explicant verba C. L. BILDERBECKII (4) sequentia : „Wenn die Vernunft durch unwieder- „sprechliche Gründe uns zu erkennen gegeben / daß ein Gott/ und die

die bey uns das für gehaltene Schrifft warhaftig sein Wort sey ; „  
 So hat sie das Ihrige gethan/ und schweiget / alsdann billigt „  
 um denjenigen/ der sie und alle Dinge gemachet/ einzig re „  
 den zu hören. Da muß sie sich dann beugen / und unter den „  
 Gehorsam des Glaubens gefangen geben / ohngeachtet ihr vieles „  
 zu wunderlich und zu hoch scheinet. Denn weil sie erkannt/ daß „  
 (die natürliche Erkäntniss und natürliche Kräfte nirt „  
 gend zureichen wollen) sich aber hie eine ungezweifelte Offen „  
 bahrung des untrieglichen Gottes findet : So ist dadurch al „  
 len ihrem Zweifeln und weiteren Grubeln der Zugang bereits „  
 versperret/ bedarf es auch hie dessen um so viel weniger/ als un „  
 ser Verstand selbst in natürlichen Dingen sich wohl bescheidet/ „  
 daß er vieles für wahr und gewiß halten müsse / davon er doch „  
 die eigentliche Beschaffenheit/ oder wie es damit zugehe ? nim „  
 mer erreichen könne. *Quinto πεπαιδευμένον* revelatae Theologiae  
 discipulus erit , qui natura defectus sensit & faciles dabit aures , si  
 de miseria status destitutionis , aut in articulo de libero arbitrio  
 audiverit , se nihil posse , se nihil valere in spiritualibus , nil suis vi  
 ribus , nil suæ sapientiæ confidendum , non ex , aut in se , sed aliunde  
 querenda esse , in quibus Deo placere , aliunde item , ut Deo præ  
 standa præstare possit , vires esse querendas .

- (1) Naturalistas etiam illos vocare consvererunt , inter quos  
 eminet EDUARDUS HERBERT BARO DE CHER  
 BURY. Conf. D. ADAMI TRIBBECHOVII *Hist. Na  
 ralismi* c. 10. p. 47. & Doct. JOH. MUSÆI *examen Cher  
 burianismi*. Witt. 1708. BUDDEI *Parerg. Theol.* p. 405. seq.  
 (2) & (3) Conf. CASPARI a RHEDEN Senatoris Bre  
 mensis *Introduct. in Philos.* Part. I. cap. ult. *de insufficientia  
 remediorum , quæ Philosophia sola adfert.* Ubi inter alia §. „  
 37. ita : Agnoscamus omnes virtutes , quas sola ratio tradit „  
 secundum Augustinum esse *splendidâ peccata* , si non quoad „  
 illa , quæ legibus convenient , ad minimum quoad illa , quæ „  
 desunt , aut legibus adversa sunt ; & Gentilium Philosopho „  
 rum doctrinam eo collineasse , ut vitia vitiis expellerentur . „  
 (4) In docto Præfamine optimi libri saepe citati ; nempe  
 ABBADIE von der Warheit Christlicher Religion.  
 Item

Item conf. ANDREÆ RIDIGERI de sensu veri & falso  
Lib. I. c. V. de Carceribus ratiocinandi p. 99.

§. XXI.

Ut & totius Theol. na- Unicum punctum Theologiæ naturalis bene observatum,  
tur. cultura. cum tales pariat utilitates, facile adparet, insignem fore usum bene  
cognitæ totius scientiæ, utpote cuius dogmaticæ veritates bases  
sunt atque fundamenta omnis religionis, ut qui ea negat, nullam  
religionem habere, facile sentiatur. Commendanda itaque, maxi-  
me hoc tempore, ubi Atheorum non pauci sunt, Scripturam vel  
corde, vel etiam ore ludibrio habentes, quibus insipientibus, ex ra-  
tione petitis principiis occurrentum. Revelationis quoque veros  
characteres subministrat, inter quos hi duo eminent: primo, ut  
revelatio nihil, quod evidentissimis Theol. natur. notionibus re-  
pugnet, contineat: secundo, ut quæ ratio suppeditare nequit, ple-  
ne, evidenter modoque, qui Deum deceat, suppeditet: (1) quibus  
tamen etiam universalitas addi poterit. Ultimo quis tandem ho-  
minis nomine dignus sit, intelliget Theol. natur. cultor, scilicet  
non, qui contra, sed, secundum rationem vitam instituit, & (saltē  
externe id quod potest) neminem lædit, suum cuique tribuit, ho-  
neste vivit, & reliqua. Naturam quoque & gratiam facilius distin-  
guet, ne quæ ex natura fieri possunt, pro supernaturalibus & ex  
gratia ortis vendit (2)

(1) Conferantur BUDDEI institut. Theol. dogmat. L I. c. I. §. 19.  
seq. reliqui characteres veræ revelationis evolvi possunt in  
LAMPERTI GEDICKEN primis veritatibus religionis  
Christianæ c. 7. LOESEKE Theol. fæderal. æconom. Elntelo-  
tung c. II. §. 9. (2) Facit illuc venerabilis SPENERI libel-  
lus peculiaris: *Von Natur und Gnad.*

§. XXII

Conclusio. Summas itaque Deo grates, debemus, quod in conscientia  
& in rebus creatis unicuique hominum se videndum, audiendum,  
& sentiendum, dederit. Felices qui sunt νοστεῖς, qui non sunt,  
erunt certe ἀναπολόγυτοι. Faxit etiam divina clementia, ut nos,  
& ut etiam illi, qui adhuc sunt extra Ecclesiam, lumine hoc a Deo  
concesso recte utamur, ut Deum quæramus & inveniamus, & sic ad  
gratiæ, & post ad gloriæ, perveniamus lucem, & tandem libe-  
remur plenissime ab omniaibus defectibus.

Δέξα μόνω Σοφῷ τῷ Θεῷ.

¶ ¶ ¶ ¶ ¶

*Index.*

1. Pinboer Bründlicher Bericht daß die gegenwärtige Religion nicht Raum auf der Erde mehr ertragen kann; nobis in die Lungen der Menschheit.
2. Curtius de Christo ac Trinitate ex Rationis principiis non demonstrandis.
3. Kippe de Theologia Nat. defectib⁹ ex Natura noſcibilib⁹. *(Opus postumum.)*
4. Grußow de Suffitia Div. & materiis cum ea conneyctis; ad Rationis cum Revd. Parallelis.
5. Widder de Malo morali.
6. a. Stammeri Consideratio philosophica Fanaticismi.
6. b. Gidem de Fanaticismo philosophico, ex Philosophia Hebraeorum illustrato: Sub nept⁹ pust Mori Questiones & Considerationes in Tract. primum libri Frieschem.
7. Hort de Harmonia Philos. & Philol. Sacre cum Theol. in oratore sacro amica & necessaria.
8. Engelhardtus de Otiosa Brachmannum.
9. Gusdem Apologia contra al. Friesenii Sapientiam huj⁹ mundi.
10. — Apologia contra clar. Friesenii criminationes continuatio prima: (N. quā tamen non altera sequuta est.)
11. Suero de Somno Morali.
12. Grimmacher de Gradibus bonorum operum & Virtutis generatim.
13. Walchii Kareticus orthodoxus.
14. Senii Tractatus Talmudicus 7'150 verione lat. donat⁹ & notis illustratus.
15. Carsov. de Cinerum opib⁹ Hebr. usq; nuptiali moeroris atq; lectas responcio.
16. Panzig de Origine Punctorum & Vocalium Hebraicarum ex sententia St. Pideaux.
17. Fischer de Litteris, Vocalib⁹ & Accentib⁹ in Scriptura V. T. Hebraicis.  
Bauer de Canone Scientiarum distinctiorum in analytis dispositionum tabulis  
obseruando. Vid. Tom. II. ad Bibl. T. T. ad hoc ♂ signum.
18. Strodtmanni Pentas differentiarum Hebraicarum. Vid. Tom. II. ad Bibl. N. T. ad h. \* signum.
















ma tribuitur. Hinc hocce the-  
iis *TIBI* commendaui, vt occa-  
eres ostendendi, ἀριθμοῖς studium  
e cordique esse, TEque istiusmo-  
des, quae sacrarum litterarum cer-  
nientitati & auctoritati detrahunt,  
ue peius fugere. Quo autem ab  
iis tuis fructus mitiores & ad ma-  
iam perductos aliquando eo melius  
queas, multa hic ingenio atque ca-  
permisi, quae, si meus fuisset  
o fortassis modo pertractassem.  
men omnes alieni laboris aefti-  
on iniqui hoc mecum, vt spero,  
, TE ea praestitisse, quae a tua  
que viribus exspectari potuerunt.  
oc nomine *ILLVSTRI PA-*  
*TVO*, fortunarum mearum

K 2

*PATRO-*